



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 29. Franciscus Pignatellus Neapolitanus Archipræsul a Pontifice Romana
Purpura decoratus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

necnon formulæ Alexandri VII. sincere, Sæc. XVII.
 & sine ulla restrictione subscribere, & A. C. 1703.
 fidei professionem juxta Bullam Pii IV.
 edere, paratum esse.

§. XXIX.

Franciscus Pignatellus Neapolitanus
Archipræsul a Pontifice Romana
Purpura decoratus.

Hoc item anno Clemens XI. Pontifex Theatr. Eu-
 rop. t. 16.
 Maximus Mutinæ Ducem, cujus pag 345.
 Ducatum immiffis copiis, eoquod Caro- Vit. Card.
 lum Archiducem pro Hispaniarum Rege t. 2. p. 182.
 agnoviffet, Galli fisco addixerant, ac sibi
 a populis fidei sacramentum dici impe-
 raverant, unacum ejus uxore & liberis
 perbenigne excepit, huic etiam die vi-
 gefima nona Decembris, quicquid a
 Pontificia auctoritate in illius solatium
 proficisci potest, datis literis benigne
 pollicitus, significabat, quod Ducem cum
 Franciæ Rege confiliaturus, omnem
 operam impenderit, ac desuper acres
 literas ad eundem dediffet. Die
 autem decima septima ejusdem Mensis
 summus Pontifex Franciscum Pigna-
 tellum Archiepiscopum Neapolitanum
 Sacro Purpuratorum Collegio solum ac
 primum accensuit, gratitudinem suam
 testaturus erga defunctum Pontificem,
 cujus Nepos ex Fratre Julio erat Fran-
 ciscus:

Sæc. XVII. ciscus: Hæc electio Andegavenfi Duci
 A. C. 1703. adeo grata erat, ut propterea ad Pa-
 pam gratulatorias perscriberet literas.

§. XXX.

*Capitulorum Ultrajectensis & Harle-
 mensis oppositio contra S. Con-
 gregationis Decretum.*

*Acta Histo-
 rico Eccl.
 vol. 7. p. 98.
 Abregé de
 l'Hist. Eccl.
 t. 13. p. 586.
 Abregé
 Chronol. t. 3.
 pag. 514.*

Jam supra meminimus, quod Ultra-
 jectenses Canonici, qui se Cathed-
 ralem hanc Ecclesiam Vacante Sede
 repræsentare dicebant, Coddeum Se-
 bastenum Archiepiscopum ad Provin-
 ciam Episcopi Ultrajectensis obeundam
 delegarint: cum autem ea res in sum-
 mi Pontificis, qui Coddeo exauctorato
 Cockium subrogaverat, contemptum
 redundare videretur, hinc Sacra Con-
 gregatio propagandæ fidei negotiis
 præposita die tertia Februarii decre-
 tum edidit, quo administrandi Sacra-
 menta potestatem a prætensis Capitulis
 Ultrajectensi & Harlemensi concessam
 omnino irritam nullamque esse decla-
 ravit, eisque sub anathematis ipso
 facto incurrendi pœna inhibuit, ne ul-
 lam jurisdictionem exercerent; Ultra-
 jectinum enim Capitulum jam ante cen-
 tum annos interciderat, omnesque
 prætensi Canonici Ecclesiasticis censuris
 fuerant irretiti: Nihilominus utrius-
 que